



Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

5 vtrum oratione sit aliquid determinate petendum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

do modo dicuntur. Et propterea ecclesia Deum rogat, ut factis factos orare pro nobis dicentes. Triplex quidem Dominus omnes factos nos uiget pro nobis. Nam videbitur tali oratione neferunt factis, et Deus simili pro illa petimus, ut dictum est.

A D SECUNDVM Dicendum, quod mortui ea, quae in hoc mundo aguntur, considerata eorum naturali conditione, non cognoscunt, & præcipue interiores motus cordis: sed beatissimi, ut Gre. di cit in 12. Moral. In Verbo manifestatur illud, quod decet eos cognoscere de eis, quae circa nos aguntur, etiam quantum ad interiores motus cordis: maxime autem excellentiam eorum decet, ut cognoscant petitiones ad eos factas vel uoce vel corde, & iuste petitiones, quas ad eos dirigimus. Deo manifestante cognoscuntur.

A D TERTIUM Dicendum, quod illi, qui sunt in hoc mundo, aut in purgatorio, nondum fruuntur uisione Verbi, ut possint cognoscere ea, quae nos contigit, uel dicimus. Et ideo eorum suffragia non imploramus orando, sed a iustis petimus colloquendo.

ARTICVLVS VI.

Vtrum in oratione debeamus aliquid determinate a Deo petere.

A D QUINTVM sic procedit. Videtur, quod in oratione nihil determinate a Deo petere debeamus. Quia, ut Damasc. dicit. Oratio, est petitio decenti a Deo. Unde ineficax est oratio, per quam petitur id, quod non expedit, secundum illud Iac. 4. Petitis, & non accipitis, eo quod male petatis: sed sicut dicit Rom. 8. Quid oremus, sicut oportet, nescimus: ergo non debemus aliquid orando determinate petere.

¶ 2 Prat. Quicumque aliquid determinate ab alio petit, nimirum uoluntatem ipsius inclinare ad faciendum id, quod ipse uult: non ita ad hoc tecere debemus. Deus uult quod nos uolumus, sed magis ut nos uelimus, quod ipse uult, ut dicit glo. super illud Psal. 32. Exultate iusti in Domino: ergo non debemus aliquid determinare a Deo in oratione petere.

¶ 3 Prat. Mala a Deo petenda non sunt, ad bona at Deus nos iuitat: fruita autem ab aliquo peritur, ad quod accipendum inuitatur: ergo non est determinare aliquid a Deo in oratione petendum.

SED CONTRA est, quod Dominus Matt. 8. & Lu. 11. docuit discipulos determinate petere ea, quae continentur in petitionibus orationis dominice.

RESPON. Dicendum, quod sicut M. Valerius refert, Socrates nihil ultra petendum ad iustos immortalibus arbitrabatur, quam ut homina tribuerent, quia hic demum licent, quid unicuique est utiliter: nos autem plerunque id uotis exprimitus, quod non impetrare potest. **Que** quidem sententia aliquatenus uera est, quantum ad illa quae possunt malum euenter habere, quibus etiam homo potest male, & bene uti: sic diuitiae, quae, ut ibidem dicitur, multis exitio fure, honores etiam complures pessimum dederunt: regna, quorum exitus sepe miserabiles cernuntur: splendida coniugia, quae nonnunquam funditus domos euerunt. Sunt tamen quædam bona, quibus homo male uti non potest, quae, si malum euenter habere non possunt. Hæc autem sunt, quibus beatificamur, & quibus beatitudinem memoremur, que quidem sancti orando absoluere perunt, sicut illud 79. Ostende faciem tuam, & saluu erimus. Et iterum 118. Deduc me in semitam mandatorum tuorum.

A D PRIMVM ergo dicendum, quod licet homo exesse non possit quid orare debeat. Spiritus tamen, ut

A ibidem dicitur, in hoc adiuuat infirmitatem nostram, & inspirando nobis sancta desideria recte postulare nos facit. Vnde Dominus dicit Io. 4. quod veros adoratores, adorare oportet in spiritu, & ueritate.

A D SECUNDVM dicendum, quod cum orando petimus aliqua, quae pertinent ad nostram salutem, conformamus uoluntatem nostram voluntati Dei, de qua dicitur 1.ad Timoth. 2. quod uult omnes homines saluos fieri.

A D TERTIUM dicendum, quod sicut bona Deus nos iuitat, quod ea non passibus corporis, sed piis desideriis, & deuotis orationibus accedamus.

ARTICVLVS VI.

Vtrum homo debeat temporalia petere a Deo orando.

A D SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quod homo non debeat temporalia petere a Deo orando. Quia non orando petimus, querimus: sed temporalia non debemus querere. dicitur n. Matth. 6. Primum quærit regnum Dei, & iustitiam eius, & hæc omnia adiiciuntur uobis, s. temporalia, que non querenda dicit, sed adiicienda quæsitis. ergo temporalia non sunt in oratione a Deo petenda.

¶ 1 Prat. Nullus petit nisi ea, de quibus est sollicitus: sed de temporalibus sollicitudinem habere non possumus, secundum quod dicitur Matth. 6. Nolite solliciti esse animæ vestre quid manducetis. ergo temporalia petere non debemus orando.

¶ 2 Prat. Per orationem nostram mens debet eleuari in Deum: sed petendo temporalia deficere ad ea, quae infra se sunt, contra id, quod Apost. dicebat 2. ad Cor. 4. Non contemplabitur nobis, quae uidetur, sed que non uidetur. Quæ enim uidetur, temporalia sunt: quæ autem non uidetur, eterna. ergo non debet homo temporalia in oratione a Deo petere.

¶ 3 Prat. Homo non debet petere a Deo, nisi bona, & utilia: sed quandoque temporalia habita sunt no[n]ciua non solum spiritualiter, sed etiam temporaliter. ergo non sunt in oratione a Deo petenda.

S E D C O N T R A est, quod dicitur Prover. 30. Tristitia tantum uictus meo necessaria.

RESPON. Dicendum, quod sicut Aug. dicit ad Probam, de orando Deum. Hoc licet orare, quod licet desiderare: Temporalia autem licet desiderare, non quidem principaliter, ut in eis finem constituumus, sed sicut quædam administrativa, quibus adiuuamur ad tendendum in beatitudinem, inquit, s. per ea uita corporalis sustentatur, & inquantu[m] nobis organica deseruientia actus uirtutum. Ut etiam Philo dicit in Ethic. &

4. di. 15. q. 4.
art. 5. q. 2.

Epist. 12. c.
12. Et c. 4. &
5. to. 2.

L. 1. Eth. ca.
8. ad fin. ro.
mo 5.
Epist. 12. c.
6. circa med.
tomo 2.

ideo pro temporalibus licet orare. Et hoc est, quod Aug. dicit ad Probam, quod sufficientiam uitæ non indeceter uult, qui quis cam uult, & non amplius: que quidem non appetit propter seipsum, sed propter salvum corporis, & congruentem habitum personæ hominis, ut non sit inconueniens eis, cum quibus uiuendum est. Ita ergo cum habentur, ut teneantur, cum non habentur, ut habeantur, orandum est.

A D PRIMVM ergo dicendum, quod temporalia non sunt querenda principaliiter, sed secundarij. Vnde Aug. dicit in lib. de serm. do. in monte. Cum dixit illud, primo querendum est, s. regnum Dei, significauit, quia hoc s. temporale bonum posterius querendum est, non tempore, sed dignitate: illud tamquam bonum nostrum, hoc tamquam necessarium nostrum.

A D II. dicendum, quod non quilibet solicitude rerum temporalium est prohibita: sed superflua, & Secunda Secunda S. Thomas.

BB 3 inor-

